

Ordinis medici in Universitate Literaria Ienensi h.t. ex-decanus D. Christ. Gottfrid. Gruner ... dissertationem inauguralem viri clarissimi Gottfridi Guilielmi Scipionis ... a. d. XXVIII. Septembris [M]DCCLXXXII habendam indicit : praemittitur Oribasii Medicinalium collectorum liber II. et fragmentum aliud e codice Mosquensi nunc primum Graece ac Latine.

Contributors

Oribasius.
Gruner, Christian Gottfried, 1744-1815.
Scipio, Gottfried Wilhelm, 1753-
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Jenae : Litteris Maukii, [1782]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/w4x36nja>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

ORDINIS MEDICI

IN

VNIVERSITATE LITERARIA IENENSI

H. T.

EX-DECANVS

D. CHRIST. GOTTFRID. GRVNER

BOT. ET THEORET. MED. PROF. PVBL. ORD.

DISSERTATIONEM INAUGVRALEM

VIRI CLARISSIMI

GOTTFRIDI GVILIELMI SCIPIONIS

VORMATIENSIS

A. D. XXVIII. SEPTEMBRIS CLIO IO CCLXXXII

HABENDAM INDICIT

PRAEMITTITVR

ORIBASII MEDICINALIVM COLLECTO-
RVM LIBER II. ET FRAGMENTVM ALIVD
E CODICE MOSQVENSIS NVNC PRI-
MVM GRAECE AC LATINE]

JENAE

LITTERIS MAVKII

ORDINARIUS

IN

EX DECANI

D. CHRISTOPHERUS GOTTFRIEDUS

DISSERTATIONEM IN ACADEMIA

PHYSICIS

GOTTFRIEDUS GOTTFRIEDUS

VOGELIUS

et D. JOHANNES GOTTFRIEDUS

PHYSICUS

PRÆSENTAT

CHRISTOPHERUS GOTTFRIEDUS

PHYSICUS

et D. JOHANNES GOTTFRIEDUS

PHYSICUS

1772

LITTE RIS MA VRI



Βιβλίον Β.

ἐκ τῶν Ρούφου περὶ γα-
λακτοποσίας. κείται ἐν τῷ
λόγῳ τῷ περὶ γάλακτος
ἐ. τοῖς μέσοις τοῦ λόγου.


κεΦ. ζα.

Τῷ βουλομένῳ γαλακτοποτεῖν
τῶν ἄλλων καὶ σιτίων, καὶ πο-
τῶν ἀφεκτέον ἐσίν, ἐς ἂν πεφθῇ
τε καὶ διαχωρήσῃ κάτω - καὶ γὰρ
εἰ σμικρὸν οὐτινοσῶν μίγνυτο αὐτῷ,
πολλὴ ἀνάγκη αὐτό τε διαφθαρεῖ-
ναι καὶ τὸ προσαρθεῖν. ἄμεινον οὖν
ἔωθεν πίνειν νεόβδαλτον, καὶ ἀσι-
τεῖν ἐπ' αὐτῷ, καὶ τῶν πότων τῶν
ἄγαν ^{a)} ἀφαιρεῖν τιμικαῦτα, ὅτι πο-
νοῦσιν ἀνάγκη ὀξύνεσθαι, ἀλλ' ἡσυχῇ
περιπατῆσαι ἄμεινον καὶ μεταξὺ
ἀγρύπνως ἀναπαύεσθαι. οὕτω γὰρ
ποιοῦντι τὰ πρῶτα διαχωρεῖ δια-
χω-

a) Forte leg. τὸ ἄγαν;

LIBER SECUNDVS
EX RVFO DE POTV LA-
CTIS: HOC AVTEM IN ME-
DIO QVINTI LIBRI CONTI-
NETVR QVVM DE LACTE
LOQVITVR CAP. LXI.

Qui lac potare in animo habet,
ab aliis abstinere cibis et potioni-
bus debet, donec ipsum fuerit con-
coctum, et ad infernas partes de-
scenderit. Nam si parum quid-
piam cuiusvis rei lacti misceatur, ne-
cesse est, et ipsum lac, et id quo-
que, quod assumptum fuerit, cor-
rumpi. Praestat igitur mane bibere
lac recens mulctum, et post nihil
sumere, eoque tempore nimios
labores vitare: (necesse enim est,
ut in iis acescat, qui tum se labori
dedunt) sed melius est quiete in-
am-



χωρήσαντος δὲ, ἄλλο πίνειν, καὶ εἰ
 τοῦτο διαχωρῆσαι, ἄλλο καταρχὰς
 οὖν καθάϊρει χρησῶς οὐδὲν μὲν πο-
 λὺ τοῦ ἄλλου ὄγκου ἕσα δὲ ἐν τῇ κοι-
 λία ἔνεσι, καὶ ὅσα τούτοις ὑποχω-
 ροῦσι, συναπέλθοι ἂν τῶν πλησίον
 μετὰ δὲ αὐτὸ ἠδῆσις b) ἔρχεται εἰς
 τὰς φλέβας, καὶ τρέφει καὶ κάλλισα,
 καὶ οὐκέτι διαχωρεῖ, ἀλλὰ τε c) καὶ
 ἴσησι τὴν γαστέρα εἰς μὲν οὖν διαχω-
 ρησιν πίνοντι οὐκ ἂν εἴη καὶ τὸ πλεῖ-
 ον ἀκαιρον εἰς δὲ θρέψιν ἐτι προ-
 θυμούμενον ἀπέχεσθαι ὅτι τὰ μὲν
 πολλὰ ἔργον σκέψαι. δέχεται δὲ
 καὶ ὡμὰ κενωθὲν τὸ σῶμα. τῷ γὰρ
 κενῷ ἐτοιμώτατον πληροῦσθαι διὰ
 ταῦτα ἐπὶ ταῖς κενώσεσιν μετρι-
 ζειν, συμφέρει τυχόντα διούδη καὶ
 ὀσμῆς ἐσῆς d) ἕνεκεν πίνειν τοῦ γά-
 λακτος πρὸς τὴν ἄλλην τρέπεσθαι
 διαίταν, μάλιστα δὲ τοῖς κατὰ
 θώρακα νοσήμασι τοῖς χρονίοις
 καὶ βηχῶδεσιν αἰδεπιπτισε e)
 πτυωδῶν, ἢ μακροτέρα προσφορά
 τοῦ γάλακτος προσφέρει διαλείπον-
 τα δ' ἕνα χρόνον, πάλιν προσφέρε-
 σθαι πρὸς δὲ τοὺς δάκνοντας χυ-
 μούς καὶ τὰ ἐκχυμώματα πίνειν,
 μέλιτος σμίγοντα· καὶ γὰρ διαχω-
 ρητικώτερον, καὶ χρηστότερον σμι-
 γέν δὲ καὶ σιραίου, καὶ οἴνου γλυ-
 κέος· διαχωρητικὸν δὲ καὶ ἦν ἀλῶν
 μίσγροις, ἀλλ' ἀτερπέσερον. Ταῖς
 δὲ δυσεντερίαις καὶ τοῖς χολῶδεσι
 ῥεύ-

ambulare, et interim vigiles qui-
 escere: nam hoc pacto lac quam-
 primum per aluum descendit. Vbi
 hoc deiectum fuerit, aliud biben-
 dum est, quumque hoc descende-
 rit, aliud deinde bibendum. At-
 que in initio quidem vtiliter ex alia
 corporis mole non admodum mul-
 tum purgat, sed ea, quae in ven-
 triculo sunt, et quae cum illa se-
 cesserint, ex propinquis partibus
 eo dilabuntur. Quare confecta,
 venas ingreditur, et optime nu-
 trit, et non amplius secedit, sed
 ventrem fistit. Ergo ei, qui alui
 subducendae causa lac bibit, ma-
 ior eius copia non erit incommoda:
 atqui alendi gratia, eius adhuc cu-
 pidus, ab eodem abstinenceat, quia
 multa considerare opus est. Nam
 et corpus inane cruda recipit, et
 inani facillimum est impleri. Ob
 eam causam in euacuationibus ser-
 uare modum conuenit, nec debet
 quivis bibendi lactis causa ad aliam
 victus rationem mutari, praeser-
 tim vero in morbis thoracis diu-
 turnis, et quos tussis affert. Si
 vero sputum decidat ac defluat,
 longior lactis oblatio conferet, sed
 aliquid temporis est intermitten-
 dum, deinde iterum dandum. Ad
 erodentes humores et ecchymoma-
 ta potui dandum melle admistum:

Ita

b) In marg. ἠδῆ.

c) Forte leg. ἀλλὰ δῆ.

d) Locus aperte corruptus est.

e) Sic Cod. at legendum est, ἠ.

ξεύμασι, καὶ ἄλλως τοῖς κατὰ νῆσιν
 ποιηρευομένοις, καὶ ὅσα συντήξεις
 ἐπὶ γαστέρα συνένουσιν, ἐψῶντα δι-
 δίνασιν τοῦ γάλακτος ἐψῆν δὲ τὸ μὲν
 πρῶτον ἡσυχῇ καὶ ἐπ' ἐλίγον,
 ὡς μέρος μὲν τι διαχωρῆσαι, μέρος
 δέ τι ἐπισχεθῆναι. f) μετὰ δὲ ἐπὶ
 μαῖλον καὶ μαῖλον ἐψῆν φυλασ-
 σόμενον, μήτε κατακοίειν, μήτε τυ-
 ρεῖν ἢ ὄρον ἐξ αὐτοῦ ποιεῖν. Φυλακὴ
 δὲ ἀρίστη μαλακῶς τε ἐψῆν καὶ τῆ
 κινήσει τὸ ὑφιστάμενον ἀποξύνει πάν-
 τοθεν κινεῖν δὲ νάρθηκι λεῖω καὶ
 λεπτῶ, καὶ ἢν τι ἐφίξει τοῖς χείλε-
 σιν τοῦ ἐχείνου, καὶ τοῦτο σπόγγ-
 γω καθάρειν· ποικιλίαις γὰρ ἐνθύν-
 δε καὶ τὸ ὅλον διεφθάρη· ἐπει οὖν,
 ὡς εἴρηται τὸ γάλα μέχρι παχύ-
 τε ὀμαλῶς, καὶ γλυκύτερον τοῦ
 ὠμοῦ γένηται. —

Ἐκ τῶν Ρούφου περὶ τοῦ ἀρί-
 σου μέλιτος. κεῖται ἐν τῷ
 β. λόγῳ τοῦ περὶ διαίτης
 ἦτοι περὶ πομάτων πρὸς τῷ
 τέλει. Κεφ. ξγ.

Ἐπαινεῖται δὲ μέλι τὸ ἐκ τῆς ἀτ-
 τι-

f) In marg. τακῆαι.

Ita enim et praestantius est, et
 aluum magis deiecit. Sapa quo-
 que et vinum dulce ei admiscetur.
 Sed aluum quoque deiecit, si sal
 adiciatur, verum fit insuavius. In
 torminibus et biliosis fluxionibus,
 et omnino in iis, quos ieiunium in-
 testinum vexat, et quum ad ventri-
 culum colliquationes confluant,
 decoctum lac dari conuenit. Ac
 primum quidem lente et paulatim
 coquetur, ut pars descendat, pars
 vero absumatur: deinde magis ma-
 gisque coquetur, adhibita diligen-
 tia, ne aduratur, neue caseus aut
 serum ex eo fiat. Curabitur hoc
 diligentissime, si leniter coquas, et
 agitando id ex omni parte detra-
 has, quod secesserit. Ferula au-
 tem leni et tenui agitandum est, ac
 siquid labris ollae infederit, id spon-
 gia abstergendum: Saepe enim fit,
 ut inde totum fuerit deprauatum.
 Lac igitur, usquedum crassum ae-
 quabiliter et crudo dulcius euase-
 rit, coquatur.

EX RVFO DE OPTIMO
 MELLE: HABETVR HOC IN
 SECVNDO DE RATIONE VI-
 CTVS HOC EST DE POTIO-
 NIBVS AD FINEM CAP.

LXIII.

Atticum mel commendatur, est-
 que

τικῆς, καὶ ἐσὶν ἐνδοξότατον δοκεῖ
 δ' οὖν τ' ἄλλα πάντα μηδὲν εἶναι πρὸς
 τοῦτο. ἐγὼ δὲ οὔτε τὸ ἐνθύνδε ἄ-
 καν ἐποιμῶ ἠγοῦμαι δὲ καὶ ἐτέ-
 ρωθι εἶναι διαφέρων ἀρεταῖς· αὐτί-
 κα τὸ ἐκ μαραθῶνος κάλλιστον, οὐχ
 ὥστε τῷ ὑμνητίῳ g) παραβάλλεσθαι
 τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ κάλλιστον, ἀλλ' ὥστε
 καὶ ἐτέρου λείπεσθαι κακὸν δὲ καὶ
 τὸ μιλῆσιον, καὶ τὸ ἀφιδνηθὲν b),
 καὶ τὸ ἐκ σικελίας ἀγαθὸν δὲ ἔξω
 τῆς ἀττικῆς τὸ τεχίον i), καὶ τὸ
 σύριον, καὶ τὸ σκύθιον, καὶ τὸ σίφ-
 νιον k), καὶ πολλαχόθεν ἄλλοθεν τῶν
 κυκλάδων νήσων, καὶ σικελον τὸ
 ὑβλαῖον, καὶ κρητικόν, καὶ τοῦ βοι-
 οτίας τοῦ πρὸς τῇ οἰχαλίᾳ. —

Ἐκ τῶν Μνησιθέου τοῦ ἀθη-
 ναίου περὶ τροφῶν δυνάμε-
 ων. κεφ. ζζ.

ἅπασιν ὑπάρχει τοῖς σπέρμασι
 κοινή τις διάθεσις, ὑπὲρ ἧς ἀναγ-
 καίον ἐστὶν εἰπεῖν ὅταν μὲν γὰρ ἦ
 περσυνία l), βελτίω γίνεται πρὸς
 εὐπεψίαν· τὰ δὲ τούτων παλαιότε-
 ρα

que celeberrimum, ac cetera
 omnia ad huius comparationem
 nihil esse censentur: at ego neque
 etiam omne id, quod ibi confici-
 tur, laudo, existimoque alibi etiam
 inueniri, quod bonitate et virtuti-
 bus praestet: Et inprimis, quod
 in Marathone fit, pessimum est,
 non quidem Hymettio compara-
 tum, (siquidem Hymettium est
 praestantissimum) sed etiam ut alio
 sit inferius. Est etiam malum Mi-
 lesium, et id, quod ex Aphidna,
 quodque ex Sicilia comportatur.
 Sed praeter Atticum bonum est mel
 Chium, Syrium et Scythicum, et
 Siphnium, et quod aliunde adue-
 hitur ex multis Cycladibus insulis,
 et Siculum hyblaeum, et Creticum,
 et Boeoticum, quod Oechalia gi-
 gnitur.

EX MNESITHEI ATHE-
 NAEI DE FACULTATIBVS
 ALIMENTORVM CAP.
 LXVII.

Omnibus feminibus communis
 quaedam inest affectio, de qua ne-
 cessario dicendum est. Cum enim
 superioris anni sunt, aptiora red-
 duntur ad bonam concoctionem:
 at-

g) Leg. ὑμνητίῳ.

b) Leg. αφιδνα. v. Harpocrat. p. 89. et Steph. Byz. in V. αφιδνα.

i) Leg. τότεχίον. k) V. Steph. in V. σίφνος.

l) In marg. περσυνια, quod probe v. Henr. Steph. Lex. Med. p. 90. et Foef. Oec.

Hipp. in V. περσυνια.

ρα κοῦφα μὲν ἔσιν, ἀτροφώτερα δὲ
τὰ δὲ νεώτερα τῶν ἑξαμήνων βαρεῖ-
αν, καὶ μενώδη, καὶ δυσκατέργα-
σον ἔχει τὴν τροφήν· συνέπεται δὲ
τοῖς Φυομένοις καὶ τὸ τοιοῦτο σχε-
δόν, ὡς εἰπεῖν, ἀπασίν ὄσων μὲν αἱ
ρίζαι μάλιστα ἐπιόνται, τούτων ἡκί-
σα τὸ σπέρμα γίνεται βρώσιμον·
ἀνάπαλιν δὲ καὶ τῶν σπερμάτων,
ὅσα δίδωσιν ἡμῖν ἀπὸ τῶν καρπῶν
τροφήν, ταῦτα τὰς ρίζας πρὸς τὸ
φαγεῖν ἀχρεῖους ἔχει.

περὶ μονούχων κεφ. ξη.

Τῶν μὲν οὖν μονούχων ἔσιν ἀν-
δραποδώδης ἢ βρώσις κομιδῆ· βέλ-
τισα μέντοι καὶ πάντων ἐλαφρότα-
τά ἐσι τὰ τῶν ὄνων, ὡς μὲν οἱ τὴν
Ἀσίαν πεπλανημένοι Φασί, τὰ τῶν
ἀγρίων, ὡς δ' ἡμεῖς ἴσμεν ἐνθάδε, τὰ
τῶν ἄριστα τετραμμένων, δεύτερα δ'
ἵππου, χεῖριστα δ' ἡμίονου· τὰ δὲ τῶν
ἀγρίων ἵππων πάντα πονηρώτατα·
πανταχοῦ δ' ἐν τούτοις γαλαθηνῶν
ἄριστα, δεύτερα δὲ τὰ τῶν νεωτάτων
ἐσι. Τῶν δὲ διχήλων ἀναθρέψαι μὲν
τὴν τοῦ σώματος ἔξιν ἀοθενῶς ἔχου-
σαν μάλιστα δύνανται, μετὰ γε τοὺς
ἰχθύς, τὰ τῶν ἐρίφων τε καὶ τῶν
ἀρνῶν κρεάτων γαλαθηνῶν· ἐσι γὰρ
εὐπεπτά, καὶ τρέφιμα, καὶ τῆς
κοιλίας ὑγραντικά· δεῖ δὲ ζητεῖν μάλ-
ιστα

at quae vetustiora sunt, leuia sunt
illa quidem, sed minus nutriunt:
Quae vero iuniora sunt semestri-
bus, alimentum graue, stabile, et
quod aegre conficiatur, exhibent.
Atque haec quidem proprietates, quae
exoriuntur, ferme omnia (ut ita
dicam) consequitur. Quorum
enim radices maxime comeduntur,
eorum semine minime vescimur;
contra etiam quaecunque semina
nobis alimentum suis fructibus
praebent, eorum radices sunt ad
vescendum inntiles.

DE IIS QVAE SOLIDIS
VNGVLIS SVNT CAP.
LXVIII.

Solidarum vngularum animan-
tium esus admodum vilis est. Om-
nibus tamen praestant, leuissimae-
quae sunt carnes asinorum, (quem-
admodum aiunt ii, qui Asiam
peragrant) siluestrium: quemad-
modum vero nos ibidem vidimus,
eorum, qui diligentissime fuerint
educati. Secundo loco censentur
equorum, pessimae sunt muli,
equorum vero siluestrium sunt pes-
simae omnium: sed ex iis vbiq̄ue
lactentium sunt optimae, secun-
das ferunt recentissimorum. Quae
autem bifidae sunt, corporis habi-
tum, qui impecillus sit, alere prae-
cipue possunt, post pisces vero,
hoedorum et agnorum lactentium:

λιστα τούτων τὰ πλείστον μὲν χρόνον
 ἀπὸ τῆς γεννήσεως ἐν αὐτῷ τῷ γά-
 λακτι δαψιλῶς τετραμμένα, μὴ
 πολλὰς δὲ βοτάναις ἐκ τοῦ νέμεσθαι
 χρώμεναι· τῶν γὰρ τριούτων ἀπα-
 λαί μὲν αἱ σάρκες διὰ τὴν ἡλικίαν,
 εὐπεπτεῖ δὲ διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ γάλακ-
 τος τροφήν· τὰ δὲ τῶν μοσχίων καὶ
 χοιριδίων τῶν γαλαθηνῶν πρὸς
 μὲν εὐοδίαν *m)* καὶ τὴν μεθ' ἡδο-
 νῆς ἀπόλαυσιν οὐδενὸς ἐστὶ χεῖρω· τοῖς
 δὲ ἀρρωστοῦσιν *n)* ἢ τοῖς ἀναλαμβάνου-
 σιν οὐδαμῶς ἐπιτηδεῖα· τὰ μὲν
 γὰρ μόσχια βαρύτερά ἐστι, τὰ δὲ
 τῶν χοιριδίων λίαν ὑγρά, καὶ τῆς
 κοιλίας ταρακτικά· τὰ δὲ ἀπὸ μὲν
 τοῦ γάλακτος πεπαυμένα τῶν ἱε-
 ρείων μήπω δ' ἐφικνούμενα τῆς ὀχείας
 βελτίονα μὲν ἐστὶ τὰ τῶν ὑῶν, ὅταν
 ἔχη ταύτην τὴν ἡλικίαν· τὸ μὲν γὰρ
 ὑγραῖνον ἀπὸ τοῦ γάλακτος οὐκ
 ἐνεσιν αὐτοῖς· τὸ δὲ λίπος τὸ φυσι-
 κὸν καὶ τὸ τῆς ἡλικίας ἀπαλόν.
 σύμμετρον ἐξ ἀμφοτέρων ποιῆται
 τὴν ἐδωδὴν· τὰ δὲ ἄλλα γένη τῶν
 ἱερέων, ὅταν εἰς ταύτην ἀφίκηται
 τὴν τάξιν, τῶν μὲν γαλαθηνῶν ἐστὶ
 σκληρότερα, καὶ δυσπεπτότερα,
 τροφήν δὲ σκληροτέραν δίδωσι, εἴαν
 κατεργασθῇ· τὰ δὲ τούτων ἐχόμε-
 να καὶ τοῖς ὀχείας ἤδη προσχρώ-
 να *o)* καὶ δοκοῦντα μάλισθ' εἰαυτῶν
 ἀκμά-

nam et facile concoquuntur, et alen-
 do sunt, et alium humectant. Atque
 in his etiam quaerenda sunt ea ani-
 malia, quae ab ortu lacte ipso fue-
 rint abunde nutrita, et non multas
 herbas in pascuis sint depasta. Nam
 eorum omnium et tenerae sunt
 carnes propter aetatem, et pro-
 pter alimentum, quod eis lac affert,
 facile concoquuntur. Vitulorum
 vero et porcellorum lactentium
 caro et odoris suavitate, et iuven-
 ditate, ac deliciis nullius carne est
 inferior, sed aegrotis, aut iis, qui
 se reficiunt, non est eius usus ac-
 commodatus. Nam vitelli gra-
 uiores sunt, et porcelli nimis hu-
 mido, et ventrem perturbant. At
 victimae, quae non amplius lac
 sugunt, nec tamen adhuc venerem
 sunt expertae, praestantiores sunt
 porcis, cum ad eam aetatem per-
 uenerunt; siquidem humectans vis,
 quae ex lacte prodit, in eis non
 inest; ac pinguedo naturalis, et
 tenera aetas temperatum ex utris-
 que esum facit. Cetera porro
 genera victimarum cum ad eum
 gradum peruenerunt, duriores,
 quam lactentes sunt, et difficilius
 concoquuntur, et si conficiantur,
 durius alimentum corpori
 prae-

m) Sic et Rasar. Legendum forte, εὐωχλαρ, quod colligo ex ἰδοιῆστο cabule.

n) Leg. ἀρρωστοῖσιν.

o) Ad marg. προσχρώματα.

ἀκμάζειν, ἔσι μὲν χρήσιμα τοῖς πέ-
 τειν δυναμίσις, πονεῖν δὲ εἰώθασιν·
 ἅμα δὲ καὶ τοῖς ζητοῦσι τὴν ἀπό-
 τῶν κρεῶν ἰσχύν, τῶν τε παλαιῶν
 ἱερέων ἀνάγκη φαυλοτέρας εἶναι·
 τὰς ἐδωδὰς διὰ τὸ πρὸς τὸ χεῖρον
 ὑπὸ τῆς ἡλικίας αἰεὶ καταφέρεσθαι·
 διόπερ αὐτῶν ἐκόντας οὐ ληπτὸν ρ).
 εἰάν δέ ποτ' ἀναγκαῖον ᾖ, μᾶλλον
 ἐφθοῖς χρησέον· τὰ δὲ σκυλάκια
 κρέα τῆς κοιλίας ἐσι ὑπακτικά· τὴν
 μέντοι κουφότητα τὴν παρὰ τοῖς
 πολλοῖς ὑπεκλημμένην οὐκ ἔχει παν-
 τάπασιν· καὶ γὰρ μυξῶδες ἐσι, καὶ
 γλίσχρον τὸ κρέας. βέλτιστα μέντοι
 γίνεσθαι τὰ τῶν ἀπαλωτάτων σκυ-
 λάκων· τὰ δὲ τῶν ἀλωπέκων καὶ
 τῶν ἄρκτων ἐσι μυξῶδη· κατὰ χρό-
 νον δὲ τινα τοῦ φθινοπώρου παχύ-
 τερα γίνεσθαι, καὶ βέλτιστα ἑαυτῶν
 τῶν δεσμοφαγούντων q) θηρίων,
 οἷον λύκων καὶ λεόντων, καὶ πάντος
 τοῦ τοιούτου γένους οἱ βεβρωκότες
 φασὶ δύσπεπτα εἶναι, καὶ βαρέα,
 καὶ σφοδρῶδη τὰ κρέα· μύας δὲ τοῖς
 ἀπὸ τῶν δένδρων κοιλίας μὲν ὑπακ-
 τικούς, ἀτρέφους δὲ συμβέβηκεν
 εἶναι· τοῖς δὲ κατοικίαις r) μύας, καὶ
 τὰς ὄρειας χελῶνας, καὶ σαυροῦς
 ἀγρίους καὶ τοῖς ἐλίους, καὶ τὰ

τοῖ-

praebent. Quae vero deinceps
 haec consequuntur, et rebus vene-
 reis iam utuntur, quaeque ex eis
 inaxime florere videntur, vtilia
 sunt illa quidem iis, qui ea possunt
 concoquere, ceterum molestia af-
 ficere consueverunt. Iis praete-
 terea, qui robur ex usu carnum
 quaerunt, necesse est deteriores
 esse vetustas, quia aetas semper in
 deterius vergit. Quocirca non sunt
 sponte assumendae: Si vero quando-
 que necessitas cogat, magis coctis
 vescemur. Caninae carnes alium
 subducunt, non semper tamen af-
 ferunt eam leuitatem, quam ex
 multis aliis consequimur. Nam
 et mucosae sunt, et glutinosae, et
 tamen tenerrimorum catulorum
 caro praestantissima redditur. Vul-
 pina et ursina caro mucosa est, et
 quodam autumnii tempore fit cras-
 sior, et inter eas praestantissima est
 ferarum, quae carnem vorant, ut
 lupinorum et leonum, et omnes,
 qui eiusmodi ferarum carnes co-
 mederunt, eas aegre concoqui
 aiunt, grauesque esse, et intestina
 dolore vexare. Mures, qui in ar-
 boribus vitam agunt, alium deii-
 cere,

p) Ad marg. ληπτίον.

q) Ad marg. σαρκεφαγούντων.

r) Forte leg. κατοικίδιαις, ut ap. Philon. p. 566, 770, et Synes. T. I. p. 96. aut
 κατ' εἰκοσι.

τοιαυτα θηρία τοὺς ἐοθίοντας λίαν
τις εὐχαρεῖς δ) φήσκειν εἶναι.

Ἐκ τῶν Φιλοτίμου περιτρο-
φῶν δυνάμεως. κεφ ξθ.

Τὸ μὲν ὅλον τὸ ῥόφημάτ' ἐστὶ τῆς
κατεργασίας τῆς ἐν κοιλίᾳ γιγνο-
μένης οὐ πολλῆς προσδεόμενα. καὶ
γὰρ μέμικτα τοῖς ὑγροῖς, καὶ τέ-
τηκεν, καὶ τεθέρμανται, καὶ συνή-
ψηται, καὶ πολλὴν ἔσχηκεν τὴν ἀλ-
λοίωσιν τῶν αἰκείων ὀγκῶν· τὰ δὲ
κυρήβια σφυφνόν τε τὸν χυμὸν ἀνα-
δίδωσι καὶ σροφώδη, καὶ ψυσώδη
σφοδρῶς· ἐν τε γὰρ τῷ σώματι τὴν
σφυφνὴν ἔχοντα φαίνεται δύναμιν καὶ
ταῖς εἰρημένας δυτχερείας εὐθέρως με-
τὰ τὴν προσφορὰν ὀρῶμεν γιγνο-
μένας αὐτῶν τῶν κρεῶν κατὰ μὲν
ταῖς ἰδίαις διαθέσεις τῶν ζώων ἐστὶ
βελτίω τά τε νεώτερα τῶν παλαιω-
τέρων, καὶ τὰ σαρκωδέτερα τῶν
λεπτοτέρων, καὶ τὰ ταῖς τροφαῖς
εὐκατεργάστοις χρώμενα τῶν μὴ τοι-
ούτων, καὶ τὰ πιωτέρα τῶν λεπ-
τοτέρων, καὶ τούτων τὰ σαρκώδη
λαμβάνόμενα, καὶ πάλιν τὰ ἐκτετ-
μημένα τῶν ἀνεμικτῶν ι), καὶ τὰ θή-
λεα τῶν ἀρρένων παραπληρείς ταῖς
ῥώ-

cere, sed nihil nutrire comperiun-
tur: at qui mures domesticos et
montanas testudines, et lacertos
agrestes et palustres, et eiusmodi
be luas comedunt, eos animo val-
de placatos esse quispiam dixerit.

EX PHILOTIMO DE FA-
CVLTATIBVS ALIMENTO-
RVM, CAP. LXIX.

Sorbitio omnis non magnae ad-
modum confectionis, quae in ven-
triculo fiat, indiget. Nam et hu-
moribus est mixta, et liquata est,
et calefacta, et computruit, et mul-
tam propriae molis alterationem est
sortita. Aceris diluta succum acer-
bum, quique tormina et flatus ve-
hementer excitat, corpori distri-
buunt, siquidem in ore facultatem
habere acerbam ostendunt, et
praedictas molestias, simulatque
iunta sunt, ex eis oriri conspici-
mus. Carnes conuenienter ani-
malium naturae meliores censentur,
vt nouellae sint praestantiores
vetustioribus, et quibus maior copia
carnis inest, gracilioribus: quae pa-
bulis concoctu facilibus vtuntur, iis,
quae non huiusmodi, et pingui-
ores macrioribus, et inter has carneaе
partes ceteris praestent, itemque
exfecta animalia non dissectis, et
feminae maribus, quibus pares
vi-

ι) Forte leg. ἀχαρ. quanquam et istud ferri potest.

ε) Ad marg. ἀτιμήτων.

ῥώμας κεχρημένα· κατὰ δὲ τὰ μέρη
 τῶν ζώων, τὰ κατ' ὀπίσθεν καὶ τὰ
 δεξιά τῶν ἀριστερῶν, καὶ περιτ-
 τοὺς η) πόδας μάλιστα τὰ κάτω,
 καὶ τὰ ἐντὸς μέρη τῶν σκελῶν τῶν
 ἐκτὸς, καὶ τὸ νῶτον τῶν περὶ κοι-
 λίας, καὶ τὸ σῆθος σκληρότερα καὶ
 δυσκατεργασότερα ἔσιν· ὁμοιον δὲ
 τι τούτοις ποιῆι καὶ τὰ ἐντὸς τῆς
 ῥάχεως, καὶ τῶν πλευρῶν πρὸς τὰ
 ἐκτὸς αὐτῶν· πράσσα μὲν ἔφθα δύσ-
 κατέργασα γίνεται γὰρ ἱμαντώδη,
 καὶ χαλεπῶς ὑπὸ τοῦ σώματος
 λεαίνεται, τὴν δὲ λοιπὴν τροφὴν οὐ
 βλάπτει· οὐδεμίαν γοῦν αὐτῆς ὀρῶ-
 μεν ἀπεψίαν γιγνομένην· τὰ δ' ὠμά
 ἔσι εὐπεπτότερα, διότι μᾶλλον ἀπα-
 λώτερα καὶ κατεργαζόμενα ὑπὸ τοῦ
 σώματος· ἢ κ) κολοκύνθη μετὰ
 ζυμοῦ κρεῶν ἐψωμένη τάχις καὶ
 μάλιστα πέττεται, ἢ δὲ κατα μι-
 κρὰ διαιρουμένη καὶ συνεψωμένη,
 καθάπερ εἰώθασιν ἐψεῖν οἱ πλείοι,
 δυσκατεργασότερα ταύτης ἔσι τῶν
 δὲ ἐλάων αἱ μὲν μέλαινα λιπαρώ-
 τατα πάντων, καὶ δυσκατεργασό-
 τερα, καὶ χαλερῶδεις· μάλιστα πάν-
 των καὶ τὰς ναυτίας ἐπὶ πλείονα
 χρόνον ποιῶσιν, καὶ ὑποχωρήσεσιν
 κατὰ μικρὰ καὶ πλείω χρωῖνται.
 αἱ δὲ καλούμενα πυραλλίδες, τὰ
 μὲν ἄλλα τὰ αὐτὰ ταῖς μελαί-
 ναις ποιῶσιν, ἤττον δὲ διὰ τὸ λι-
 πος

vires habeant. Ex partibus vero
 animalium posteriores excellunt,
 ac dexteræ sinistris anteponuntur.
 De pedibus vero partes inferiores,
 et internæ crurum externis, et ter-
 goris partes partibus ad ventrem
 et pectus fitis duriores sunt, et
 difficilius conficiuntur. Simili-
 quoque modo affecta esse videntur
 ea, quæ intra spinam sunt, et latera
 ad ea, quæ extra sunt sita. Por-
 ro elixa aegre conficiuntur. Flexi-
 bilia enim in modum lori fiunt,
 et ab ore difficulter laeuigantur,
 ceterum vero alimentum nulla
 noxa afficiunt. Ex quo sequitur,
 vt nullam eius cruditatem videa-
 mus. Cruda facilius concoquu-
 tur, quia magis tenera sunt, et
 ab ore conficiuntur. Cucurbitæ ex
 iure carnis cocta celerrime et maxi-
 me concoquitur, atque minutatim
 dissecta, at quæ ita simul cocta
 est, quemadmodum quam pluri-
 mi coquere consueuerunt, diffici-
 lius, quam illa, conficitur. Ex
 oliuis nigrae sunt omnium pinguis-
 simae, difficillimæ ad conficiendum
 et choleram maxime omnium effi-
 ciunt, et diuturnas nauseas exci-
 tant, et secessiones per aluum paul-
 latim et plures mouent: quæ vero
 pyralides nominantur, faciunt illae
 qui-

b 2

η) Forte leg. περὶ τοὺς π. κ) Cod. η.

πος ἔχειν ἑλαττοῦ τῶν μελαινῶν χυ-
μὸν, δ' ἰν γ) ἀμφοτέρω, ταῦτα ἀνα-
δίδωσι, λιπαρὸν κοιλώδη, σφυφνότη-
τα ἔχοντά τινά λευκιθώδης οὖν ἐξ
αὐτῆς γένοιτ' ἂν ὁ χυμὸς· αἱ δ' ἐν
ᾧξει συγκείμεναι τῶν ἐλάων εὐκα-
τεργασοὶ μὲν εἰσι, χυμὸν δ' ὀξὺν
εἰς τὸ σῶμα ἀναδίδωσιν· αἱ δὲ λευ-
καὶ τῶν ἐλάων ἐξ ἄλμης οὔσαι δυσ-
κατεργαστότεροι μὲν ἦπτον εἰσι τῶν
πρόσειρημένων, ἢ δυνάμεις δ' ἀναδι-
δοῦσι τὰς ἀλυκὰς, καὶ πικρὰς, καὶ
σφυφνὰς, ἐξ ὧν γίνονται χυμοὶ
λευκιθώδεις· αἱ δὲ θλασαὶ τῶν ἐλά-
ων μάλλον μὲν κατεργάζονται τῶν
λευκῶν, χυμὸν δὲ ἀλυκὸν εἰς τὸ
σῶμα ἀναδίδουσι.

Ἐκ τῶν τῷ Ὀριβασίῳ τῷ
ιατρῷ σοφιστῷ υγιεινῶν
παραγγελμάτων 2).

Ευεξίας τρέπεζαν εἰ θέλεις, μάθε.

Τῆς ἡμέρας δεκάτησον εἰσὶν πᾶξ μὲν
νοῦ.

Ἀπλοῦν

9) An forte leg. συναμφ.

5) E cod. bibl. Mosq. 279. Haec scriptio utrum ORIBASII sit, nec ne,
non

quidem eadem, quae nigrae, cete-
rum quia minus pingues sunt, mi-
nus etiam ea, quam nigrae, fa-
ciunt: utraeque tamen succum
pinguem glutinosumquae, et in
quo acerbitas quaedam insit, gignit
in corpore: quam ob rem fit,
ut succus vitellinus ex ea oriatur.
Oliuae autem, quae in aceto com-
positae sunt, facile quidem confici
possunt, sed acidum succum in
corpus distribuunt. Albae vero, ex
puria paratae, minus difficulter,
quam praedictae, conficiuntur, ve-
rum salvas afferunt facultates, ama-
rasque et acerbis, ex quibus succi
vitellis ovi similes creantur. Con-
fractae denique oliuae facilius qui-
dem, quam albae conficiuntur, ve-
rum tamen falsus ex eis succus in
corpore generatur.

EX ORIBASHI MEDICI
SOPHISTAE PRAECE-
PTIS DIAETETICIS.

Si mensam bonae corporis habitudini
aptam cupis, attende.

Quoniam die non, nisi semel coena.

Sim-

Ἀπλοῦν τὸ δεῖπνον, μὴ πολύμικτον *Simplicem coenam, non variam*
 φίλει. *quaere.*

Πρὸ τῆς κόρας βρωσίν δε καὶ πόσον *Ante, quam satur es, cibum ac po-*
 φύγε. *tum fuge,*

Καὶ συμμέτρως γύμναζε σαυτὸν τοῖς *Et moderate te ipsum laboribus*
 πόνοις. *exerce.*

Ἐπὶ τὰ δεξιά *a)* δὲ τοῖς ὕπνοις κλίνε. *Sub somno in dextro latere recumbe.*

Κατάψυχρα πόματα χειμῶνος μί- *Perfrigida potus genera sub hieme de-*
 σει. *uita.*

Τὴν κρανικὴν τέμνε *b)* τῷ θερεὶ *Cephalicam sub aestate venam incidere*
 ἄλεβα, *oportet,*

Τὴν καθολικὴν δὲ τοῖς ψυχροῖς μᾶλλον *At vero catholicam magis sub frigi-*
 χροῖς. *da tempestate.*

(Καὶν ἤσ ἐν ἀκμῇ τῆς σελήνης ἐκχύ- *(Et si mediam aetatem attigeris,*
 σει *c)*); *sub lunae defectu,*

Ἄν ὑπέρακμος, τῆς δε τὸ πλήρες *Sin vero senex fueris, plenilunium*
 σκόπει. *observa,*


Καὶ *b 3* *Et*

non liquet. In editis eius libellis nusquam reperitur. Memorat quidem
 FABRICIUS B. Gr. Vol. XII- p. 646: fragmentum de vitlus ratione per quod-
 libet anni tempus utili, quod primus edidit Albanus Torinus in L. De Re
 Medica Bas. 1528, p. 10. seq. et in genere respondet ORIBAS. Eupo-
 rist. I. 10, p. 579. seq. Coll. Steph. sed. versus nullos habet, et non, nisi hinc
 inde consentit. Regulae diaeteticae satis aptae esse videntur, Edendam
 eam tamen putavi cum versione latina.

a) Claudicat versus. Forte leg. Μερὴ δὲ πρὸς δεξιά τοῖς ὕπν. κλ.

b) Leg. sine dubio τέμνει δὲ.

c) Hi versus infra repetuntur, sed paullulum immutati et magis accurati. Ἄν
 πρὸ ἐκχύσει leg. ἐκλειψῆ?



Καὶ γαστρός ἐκκένωσιν ἐκ τῶν σκυ- βάλων.	<i>Et ventris vacuationem a fecibus,</i>
Τότ' ἀκριβῶς ἀδιψον ἀπικρον τό- μα.)	<i>Nos non os sitis et amaroris expers.)</i>
Χρῶ καὶ λοετροῖς ἀσφραλέστατη κρι- σει.	<i>Vitæ balneis certissimo iudicio,</i>
Συχνοῖς μὲν, ἂν ἔσχηκας ἀυχμη- ρὰν φύσιν.	<i>Crebris quidem, si habueris squali- dam naturam,</i>
Ἄν δὲ πλαδῶσαν, σπάνιον d) καὶ σὺν χρόνῳ.	<i>Ast raris et paullatim, si praelumi- dam.</i>
Κὰν ἥς ἐν ἀκμῇ, τῆς σελήνης ἐκ- χύσει.	<i>Et si quis media aetate est, sub lu- nae defectiōne,</i>
Ἄν δ' ὑπέρακμος, τῆς δε τὸ πλήρες σκόπει,	<i>At si senex, plenilunium obserua,</i>
Τῆρει δὲ γαστρός ἐκφόρησιν, καὶ τόμα	<i>Obserua et ventris egestionem et os</i>
Δίψας ἀγευσον, εἴτε μὴ καὶ πι- κρίας.	<i>Sitis et gustus expers, quin et ama- ritudinis.</i>
Τὸ σῶμα θάλπε χλανίσιν ἐν τῷ ψύχει,	<i>Corpus foue laena tenuiori sub fri- gore,</i>
Καὶ τὴν κεφαλὴν, οἷς ἔθος, καὶ τὰς πόδας.	<i>Nos non caput, si adsuevit, et pedes.</i>
Πλὴν τὰς σισύρας φεῦγε καὶ τὰ των ζέσιν,	<i>Praeter penulam, fuge horum exae- stuationem,</i>
Καὶ μᾶλλον οἷα e) λασιότρυχες πλέον.	<i>Et maxime, quae magis hirsuta est.</i>

ΠΑ. Κατοῖ. Domus

d) Forte leg. σπανίσις.

e) Mall. οἷα.

Κατοικίας ἐκκλινε δυσωδισέρας	<i>Domus deuita male olentes</i>
Ἄει δὲ καὶ μάλιθα καύματος χρόνω.	<i>Semper quidem, at maxime sub ae- state.</i>
Μετὰ θεῶν τέτοις γὰρ ἐκφύγοις νόσας.	<i>Propitio deo, sic morbos effugies.</i>
Χειμῶνι Χρησθῆναι συμφέρει πόλλοις κόμποις f),	<i>Hieme uti licet multis laboribus,</i>
Τροφαῖς τε πολλαῖς καὶ γινωσ- κῆσαις κόρον.	<i>Gibus vero multis usque ad satieta- tem.</i>
Σῶμα κενῶν ἕαρος ἐχεῖν, ὡς θε- λεις,	<i>Vere corpus vacuare oportet, si lubet,</i>
Ἐἴτεν ἐμέτοις, ἢ γουν γαστρὸς ἐκ- ρύσει,	<i>Aut vomitu, aut pharmaco,</i>
Ἐἴτε φλεβὸς τομῇ τε καὶ λύθρα κρίσει g).	<i>Aut venae sectione et sanguinis effu- sione.</i>
Θέρως πόνων ἡλῆξις ἡμῖν συμφέρει.	<i>Aestate laborum vacatio conuenit,</i>
Ἡ τῶν τροφῶν τε βραχύτης καὶ ψυχρότης.	<i>Et coena breuis ac frigida,</i>
Καὶ τῶν ὑδάτων ἡ περίψυχρος πόσις,	<i>Item aquarum frigida potio.</i>
Φθινοπώρῳ σὺν ἀκριβείᾳ τρέφου h).	<i>Sub autumnno in victu magna adhi- benda diligentia est.</i>

Τὰ


Fri-

f) Leg. κόποις.

g) Num χύσει praeferenda?

h) Leg. malleum καὶ φθινοπώρῳ δ' ἀκριβείᾳ συντρέφει.

i) Rectius, δεξιοκοίταις, et videntur haec vers. 6. respicere.



Τὰ ψυχρὰ Φεῦγε, τῆς ὀπώρας *Frigida fuge, et fructus horaei co-*
 τὸν κόρον, *riam,*


Σύκοις δὲ συχνῶις καὶ σαφυλαῖς *Ficibus vero multis et uuis uescere.*
 ἐκτρέφε.

Ἰσημερίας σῶμα ταχὺς ἐκκένε. *Post aequinoctium illico euacua;*


Τῷ αἰέρος τραπέντος εἰς πλεῖον *Aere facto paullo frigidiori,*
 κρύεσ,

Χλάιναις τὸ σῶμα θάλπε, καὶ *Calidamento corpus fove, et (sic)*
 φύγης νόσους *effugies morbos,*


Δεξιοκύταις ἰ), ὡς ἰατρός τις λεγεί. *Dextro in latere recubans, ut qui-*
dam medicus dicit.



Restat, ut, quare haec praefari libuerit, paucis indicemus. Adiit nuper nostrum Ordinem Cl. CANDIDATUS, Gissae, Berolini et Halae sub optimis artis medicinalis professoribus ita praeparatus, ut de eius dexteritate nullum relinqueret dubium, et in examinibus fuetis, quae decenter petierat, tam BENE respondit, ut vnanimi consensu prae ceteris dignus esse videretur, cui liceret doctoris medicinae et chirurgiae honores ambire. Mihi vero, si quis alius, propter morum modestiam et integritatem, reuerentiam ac pietatem praeceptoribus debitam perquam carus fuit. Sed praestat audire ipsum explicantem, quae vitae scholasticae et academicae ratio fuerit, quam apta studio felicissime absoluendo.



Ego GODOFREDVS GVILIELMVS SCIPIO, natus sum Vormatiae,
 die trigesima mensis Nouembris, anno MDCCCLIII. Pater mihi fuit
 MAXIMILIANVS CONRADVS SCIPIO, dum viueret, membrum se-
 natus Tredecimuirorum, mater vero MARIA CHRISTIANA ex stirpe
 SCHWALBIANA. Optimi parentes, ante plures iam annos ad caelites
 vocati, omnem adhibuerunt operam, vt in principiis religionis, iisque,
 quae captui aetatis puerilis conueniunt, disciplinis rite imbuerer. Quem
 in finem praeeptoribus domesticis a tenera vsus sum aetate, simulque scho-
 las publicas frequentavi. Nono aetatis meae anno gymnasium adii Vor-
 matienfe, ibique per nouem annos humanioribus litteris, iisque, quae alias
 in gymnasiis doceri solent, operam dedi. Absoluto hoc stadio, a gymna-
 si praefectis, qui ad altiores Musarum sedes abirem, dignus iudicatus,
 anno MDCCCLXX. Gissam me contuli, et die vicesima quarta mensis
 Aprilis a Rectore tunc temporis magnifico, Excell. ALEFELD, in numerum
 ciuium academicorum sum receptus. Per annos duo et dimidium ibi com-
 moratus, philosophiae, mathesi, historiae naturali, physicae, experimentis
 stabilitae, inprimis vero iurisprudentiae operam dedi. Sub Mense Octo-
 bris anni MDCCCLXXII. celeberrimam academiam Ienensem adii, et
 die duodecima dicti mensis a Rectore tunc temporis magnifico, b. LIC-
 IERO, numero ciuium academicorum adscriptus, praelectionibus iuridicis
 per vnum et dimidium annum interfui. In patriam nunc reuersus, ad
 exercendam iurisprudentiam me conuertere volui. Adeo parum vero mihi
 arrisit iurisprudentia, vt mox ei valedicerem, et, quae magis mihi placebat,
 medicinam eligerem addiscendam. Anno itaque MDCCCLXXIX. mense
 Maio, Gissam iterum adeundam putavi, ibique ab Excell. SCHMID, aca-
 demiae fasces tunc temporis tenente, in numerum ciuium academi-
 corum sum cooptatus. Per semestre ibi vixi, et Ill. DIETZII prae-
 lectionibus physiologicis et anatomicis interfui cum magna voluptate. Mense
 Octobris eiusdem anni Berolinum profectus, Cel. WALTERI instru-
 ctione



Etione in arte cadauera perite ac artificiose secandi usus sum, eiusque demonstrationes anatomicas, praelectiones anatomicas et physiologicas, et praecepta artis obstetriciae, cum praxi coniuncta, sedulo audiui. Anno MDCCCCLXXX, mense Aprilis, Berolino relicto, Halam me contuli. A b. NIETZKY, magnifico tunc temporis Prorectore, albo academiae Halensis nomen dedi. Per annos duo ibi commorantem me docuit pathologiam generalem et specialem Excell. KEMME, materiam medicam, semioticen, therapiam generalem et specialem Excell. GOLDHAGEN, anatomiam, physiologiam, chirurgiam artemque obstetriciam Excell. MECKEL, botanicam Exper. IVNGHANNIS. Vniuersitatem Halensem cum celeberrima hac musarum sede, mense Aprili anni praesentis, iterum commutavi, et a Summe venerabili POLLIO, tunc temporis academiae fasces tenente, pro veterano ciui academico agnitus sum. Quod huius semestris erat reliquum, Ill. ac Excell. GRÜNERI, Fautoris ac Patroni in aeternum venerandi, praelectiones therapeuticas magna cum voluptate audiui. Sub Excell. STARKII, Fautoris ac Praeceptoris summopere colendi auspicio praxin clinicam et artem obstetriciam exercui. Exper. SCHENKII praelectionibus chemicis sedulo interfui. Omnibus hisce viris maximas, quas possum, gratias habeo atque ago, persolvere non possum.

Qua de re vt ad optatam et promeritam metam perueniat, cathedram conscendet a. d. XXVIII. Septembris, dissertationem suam dextre conscriptam SINE PRAESIDE cum audientium, vt certa spes est, applausu. Cui panegyri vt interesse velint PRORECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, COMES ILLVSTRISSIMVS, PATRES CONSCRIPTI ET CELEBERRIMI PROFESSORES, NEC NON GENEROSISSIMI ET PRAENOBILISSIMI COMMILITONES, et si qui supersunt literarum bonarum FAVTORES, Ordinis mei verbis perobseruanter et perhumaniter oro atque obtestor. P. P. sub Sigillo Facultatis a. d. XXV. Septembris MDCCCCLXXXII.

(L. S.)